

De prodicione.

Saul permisit dauid se daturum filiam suam ut per hanc occasionem possit a philisteis occidi. i. Regum. xvij.

Saluauit dauid habitans ceyle ab exercitu philisteorum et tamen uoluerunt eum tradere saul ipsum persequenti. i. Regum. xxij.

Postquam saul fleuerat dolens de persecutione dauid et eidem iurauit postea persecutus est eum ita nequiter sicut prius. i. Re. xxij.

Dixit literas tulit a dauid ad ioab de morte propria. ij. Regum. xi.

Cum saluaret ioab amalam quasi uellet eum osculari perussit eum et effudit intestina eius. secundo. Regum. vicefimo.

Sari dux medie partis equum occidit heli dominum suum et regnauit post eum septem diebus tantum oblectus enim et circumdatus ab hostibus in ciuitate seipsum cum palacio succedit. ij. Regum. xvi.

Duo filii senacharib ipsum dominum suum in templo occiderunt neuter tamen post eum regnauit. quarto. Regum. xij.

Duo ianitores assueri in ipsum in surgere uolebant et eum occidere. hester secundo.

Ismahel filius nathans et mulier a hiam eo uenerunt ad godolia et per prandium ipsum occiderunt. Jeremias quadragesimo primo.

Anchiothus misit tribunum in ciuitate iuda qui uenit in iherusalem et loquebatur illis uerba pacifica in dolo et ipsi crediderunt ei et postea repente irruit super ciuitatem et perussit

et eam plagam in generali. Machabeorum. primo.

Anthiochus qui cum non posset capere ciuitatem iherusalem misit ad illos qui in ea erant pacem facere et illi receperunt eum et iurauit eis res sed cito cepit iuramentum et destruere fecit murum in giro primo. Machabeorum. vi.

Cum ambularet traphon cum rege anthiocho domino suo adulescens dolo occidit eum et regnauit post eum. Mach. xij.

Cholomeus filius abiada generum sacerdotis fecit conuiuium simoni et duobus filijs eius et cum ibi essent occidit eos. Mach. xvi.

Apolonius ueniens in iherusalem pacem simulans quiescit usque ad diem sabati tunc iudeis ferantibus ingentem multitudinem peremit. Machabeorum. quinto.

Judas machabeus illos qui pacem acceperant et inimicos suos abire permiserant tanquam proditores occidit et confestim ciuitates occupauit. Mach. x.

De prodicione iude quomodo trahitum tradidit. Mal. xxvi.

Quomodo paulus fuit traditus. Actuum. xxij.

De prouidentia dei.

Patres ioseph ipsum extinguere crediderunt sed tamen deus aliter ordinauit. Genesis. lxxvii. septimo.

Aban mercedem iacob frequenter mutauit ut lucrum ei subtraheret sed tamen dei prouidentia aliter dispo suit. Genesis. xxx.

Postquam percellerat moyses egiptum
et per hoc corripendo hebreum offe-
deret eum et fugeret de egipto mul-
tis annis quasi nunquam reuersus
de prouidencia dei tamen remissus est et
durit filios israel. Exodi. ij.

Quamuis deus multo ceteris pro-
mitteret filios israel introducere in
terram melle et lacte man ante duo ta-
men tantum ex illis qui exierunt de
egypto scilicet ioseph et caleph terram
illam ingressi sunt reliqui uero non sed
paruuli tantum. Ru. xij.

Filios israel deus sua prouidencia quae
draginta annis paucis in deserto et e-
orum uelimenta a consumptione sua-
uit. Deu. xxxij.

Sapson de sterili matre agelo nu-
ciante natus est et post multa mira-
bilia uirum domus oppressus. Iu. xvi.

Filii israel contra fratres suos fi-
lios beniamin de consilio et uoluntate
domini preliantes bis debellati sunt
sed illos postea quasi penitus delug-
uerunt. Judi. xx.

Deus archam ab infidelibus capi per-
misiit et per eam multa miracula fecit
et cum reduceretur septuaginta ma-
gnos viros percussit et alios multos
scilicet quinquaginta milia de plebe
qui eam uidebant. i. Re. vi.

Dauid minimus erat inter fratres
suos et quasi nullius reputati omnia
quem tamen deus de sui prouiden-
cia in regem exaltauit. i. Re. xvi.

Salomoni dedit deus sapientiam di-
uicias prosperitatem et pacem ita quod
non erat sathan neque occursum ma-
lum in regno suo et tamen sine permix-
tum infamia et peccata committere
propter quod inimicos et aduersari-
os sibi suscitauit. ij. Regum. xi.

Precepto domini iheroboam super
decem tribus prefectus est qui tamen
populum ad ydolatriam maliciae
induxit. ij. Regum. xij.

Duos principes quinquagenarios
dominus ad orationem helye igne
consumpsit. ij. Regum. i.

Rex israel manasses multa facinora
perpetrauit et postea cathenis vin-
ctus ductus est in babilonem et ibi pe-
nitentiam egit et exauditus est et
reductus. ij. Para. xxxij.

Josias rex iuda cum sanctissimam
vitam dupisset tandem perrexit ut di-
micaret contra nechao regem egipti
dicentem sibi desine aduersus deum
facere qui mecum est ne interficiat te
et non acquiescit josias et ideo male
successit ei. ij. Para. xxxv.

Precepit dominus ione ut predi-
casset adhuc quatuordecim dies et mi-
rius subuertetur licet tamen sciret e-
os penitentiam acturos. Jone. ij.

Deus prouidentiam nostram in filio
suo mirabiliter prouidit ut patet in
euangelio.

Petrus christum ter negauit. mat. xxv.
Thomas de resurrectione domini du-
bitauit. Johannis. xx.

Præuidit deus quod petrus ex
hoc maior fuerit erga peccatores tho-
mas exemplum fidei ad futuros fide-
les. Apostoli qui a iudeis fuerunt icat-
erati diuina prouidencia sunt educti
Actu. v.

Facta est dissensio inter paulum et
barnabam de iohanne marco ita quod
ab inuicem discedebant sed hoc ex di-
uina prouidencia est factum propter hoc
ut uerbum dei pluribus nuntiaretur.
Actu. xv.